

flunt. Gail. 2. *obf.* 124. n. 17. Stryck *dissert.* 1. *cap.* 4. §. 2. Ratio est: quia ex una parte quoad res immobiles fundata est Jurisdicção Domini, cui locus, ubi res existunt, subiectus est per textum in *l. in rem* 1. & *l. ult. Cod. Ubi in rem alio* &c. ex altera parte nequeunt Statuta domiciliū vim suam extra territorium exferre, vel bona alibi sita comprehendere *arg. cap. ult. de Confit.* in 6. *l. ult. ff. de Jurisdic.* Ergo in Successione immobilium non Statuta domiciliū rei sita seruari debent, prout in Camera iudicatum refert Mynſing. *Centur.* 5. *obser.* 19.

12 Quoad Successionem in mobilibus attenduntur Statuta domiciliū. Gail. *d. l. vna.* 18. Stryck §. 3. Ratio est: quia mobilia, cum in loco extra domiciliū domini non censentur existere, utpote non perpetuò sed ad tempus solum illuc destinata *arg. d. l. ult. Cod.*

Ubi in rem &c. *l. debitor* 32. ff. de Pignor. *l. quæsum* 78. §. fin. & *l. sita* 86. ff. de Legat. 3. personam & domiciliū sequuntur. Ex 13 quia ipsa ratio est diametro concludendum, bona mobilia naturam & indolem immobilium sequi, quando ad certum locum sunt destinata, ut ibi perpetuò maneat, cujusmodi sunt pecora. Stryck *cit.* *l. §. 5.*

Si peras: qualia Statuta rectorum nominum 14 & actionum sunt respicienda?

Resp. quòd in actione personali, quæ radicitur in ossibus creditoris, illius domiciliū spectetur. Gail. *cit.* *l. n. 19.* At in actio-15 ne reali, quæ dicitur alias ex objecto estimari, respiciendum erit objectum, ac Successio in actione ad res mobiles secundum res mobiles; actio verò ad res immobiles secundum res immobiles erit regulanda. Stryck *cit.* §. 5.

§. III.

Quâ ratione Statuta domiciliū quoad Successionem obligent?

16 Certum hic videtur, quòd licet quis extra domiciliū moriatur, attamen in Successione ab intestato non ad locum, in quo moritur, sed, in quo domiciliū habuit mortuus, attendatur. Ratio est: quia absentia à domiciliū non mutat domiciliū. Stryck *cit.* *l. §. 3.*

17 Nec obstat, quòd, si quis extra domiciliū testamentum faciat, id facere debeat secundum Leges illius loci, in quo facit testamentum: adeoque in Successione Testamentaria non præcisè respiciatur domiciliū, sed locus testamenti conditi, velut solidè demonstrat Clariff. D. Joann. Udalricus Rudolphi in *Centur. Pallad. Tog.* 9. §. 5.

18 Nam ex hoc argumentari non licet, quòd in Successione ab intestato non præcisè domiciliū attendatur: quia Successio Testamentaria, cum supponat testamentum, ceu actum legitimum & solennem, necessariò regulatur secundum Leges, ubi Testamentum est conditum *arg. l. si non specialis* 9. *Cod. de Testam.* sicut & alii actus

legitimi & contractus juxta solemnitates loci celebrari debent & solent per *l. si fundus* 6. ff. de *Evict.* *l. semper* 34. ff. de *R. F.* *l. si lex* 1. *Cod. de Emancipat. liberor.* At Successio ab intestato, cum non supponat præviam celebrationem actus, sed deferatur à Lege vel Statuto, jure attendit ad Leges vel Statuta loci, in quo defunctus, cujus hæreditas deferitur, habuit domiciliū.

19 Quid autem, si speciale Statutum extaret in Civitate, in qua habitant Officiales, Aulici, & Ministri Principis: ane etiam in horum Successione reflexio fiet ad Statutum Civitatis?

Negativè cum Inclyto suo Collegio Juridico respondit Stryck *d. l. §. 4.* Ratio est: quia, qui forum non agnoscit, nec Statutis est ligatus *arg. cap. ult. de Confit.* in 6. Sed Officiales, Aulici, & Ministri Principum non agnoscent forum Civitatis, in qua degunt; sed Judicium Principis, cui serviunt *arg. l. ult. in pr. Cod. ubi Senatores vel Clariff.* Ergo &c.

SECTIO II.

De Successione Pactitia.

SUMMARI A.

20 Pacta Successoria de Jure Civili non valent. 23. Valent de consuetudine cum juramento. 24. & seqq. Enumerantur aliquot species talium pactorum. 28. Plerumque femina Illustres renuntiant hereditati. 29. & seqq. Eaque renuntiatio necesse estiam descendentibus ex feminis, si decesserint post delatam hereditatem. 31. & seqq. Scius, si moriantur ante delatam hereditatem. 34. & seqq. Ex uniformi renuntiatione per longum tempus presumitur obligatio renuntiandi. 36. & seqq. Objectum renuntiationis & Successionis Pactitiæ est hereditas debita. 40.

& seqq. Offenditur, quomodo hereditas, necesse est, delata, possit esse debita. 46. & seqq. Removeatur infantia. 49. Renuntiatio est stricti juris. 50. & seqq. Non extenditur ad fideicommissum. 52. & seqq. Demonstratur necessitas juramenti in renuntiatione hereditatis. 55. & seqq. Agitur de constitutione dotis. 58. Notatur presentia personarum. 59. & seqq. Indicatur effectus. 62. & seqq. Reboratur assertio, qua filias renuntiatas in casu testamenti & institutionis in legitima solum ad illius supplementum admittit. 65. Claudatur tota tractatio.

§. I.

§. I.

Quid & quotuplex sit Successio Pactitia?

22 Quamquam de Jure Civili scripto regulariter abolita sit Successio Pactitia, dum licitum haud est, de futura Successione pacifici *l. ult. ff. de Suis & Legit. hered.* *l. ult. Cod. de Pact. l. pactum* 3. *Cod. de Collat.* partim quòd simile pactum inducat spem improbam, & votum captandæ mortis; partim quòd tollat liberam testandi facultatem, ut prolixè demonstratum fecit Prænobilis & Clariff. D. Collega de Wolleren in *Quest. Salisburgensi* 3. 23 a num. 16. Nihilominus Pacta Successoria jam pridem apud Germanos in tum deducta fuere, sicuti monstrat Stryck de *Success. ab intestato* *dissert.* 8. *cap. 1. §. 5.* eaque licita & obligatoria esse, saltem si juramento adiciatur, conitat ex *cap. ult. de Pact.* in 6. Gail. 2. *obf.* 147. n. 1. Brunn. ad *cit. l. ult. ff. de Suis & Legit. n. 3.* Clariff. D. Joannes Udalricus Rudolphi in *Cent. Pallad. Tog.* 9. §. 7.

24 Tale pactum ex hodierna consuetudine multiplex est. I. Pactum de Successione inter conjuges, quò de futura successione, vel

ante, vel statim post nuptias conjuges inter se paciscuntur. De hoc videndus Stryck *d. dissert.* 8. *cap. 5. per tot.* II. Pactum confraternitatis, quod inter diversas Illustres familias de provinciis & bonis alterius familiae, in casum, quò penitus exspiraverit, acquirendis concipitur; de quo rursus consulendus Stryck *ead. dissert.* *cap. 7. per tot.* III. Pactum renuntiativum hæreditatis, quod interdum plane abdicativum & extindivum est omnis juris hæreditarii; frequentius autem est tantum *substitutivum* juris hæreditarii, habetque sibi coexam reservationem regreßis ad hæreditatem renuntiatam, casu quò linea vel familia, cuius intuitu renuntiatum erat, extincta fuerit, vulgò auf einen ledigen Nisfall. De hoc Pacto, indè 27 que fluenti Successione Pactitia, cum recen- ter in gravi causa Facultas nostra diversis vicibus voluminosa dederit Responsa, quedam, ad praxin hodiernam magis accommodata, ex illis, quæ, me Referente, deducta & conclusa sunt, adducere conſitui.

§. II.

Quanam persona Pacta Successoria, modo declarata, ineant?

28 Hæreditati futuræ sabinde quidem ipsi met masculi (præsertim ubi, relicto sæculo, se conferunt ad Ordines Religiosos) sæpius tamen feminae, præsertim Illustres & Nobiles, pro conservando familiae decore & flore renuntiant. Stryck *cit.* *dissert.* 8. *cap. 10. §. 6. & seqq.*

29 Hæcque renuntiatio non tantum officit filiabus renuntiantibus, sed etiam descendenti- bus ex illis, masculis & feminis, si post delatam hereditatem, cui renuntiatum est, decesserint per textum in *l. si quis filium* 34. *Cod. de Inoff. Testam. l. cum in antiquioribus* 19. *Cod. de Fure delib. l. un. Cod. de his, qui ante apertas tab. Grats. in commun. opinion. Rubr. Success. ab intestato* §. legitima *quæst.* 4. num. 3. & 4. Hartman. Pistor. p. 4. *quæst.* 6. num. 31. Stryck *cit.* *dissert.* 8. *cap. 10. §. 72.* ubi dicit, hanc sententiam in Judiciis esse receptam.

30 Ratio est: tum quia liberis non competit jus, nisi mediante personâ suorum parentum per *l. intestatus* 1. §. 6. ff. de *Suis & Legit. hered.* *l. quis* 9. §. 2. ff. de *Lib. & posthum.* tum quia jus repudiatum aut cessum nequit in alios trans- 31 ferri. Sin filia renuntians ante delatam hereditatem decesserit, ac patri v.g. cuius hereditati renuntiavit, præmorta fuerit, renuntiatio descendenti non nocet, quæ renuntiatio ex persona propria hereditatem petere valeat per textum in *l. si ex patronis* 10. §. ult. ff. de *Bon. liberor.* ubi dicitur, nepoti non obesse exhæredationem filii, si is decesserit 32 ante avum exhæredantem. Ratio est:

quia omnis renuntiatio sibi conditionem hanc tacitè habet imbitam: *si hereditas fuerit delata, velut in §. seq. dicemus.* Ergo, si hæreditas non fuerit delata, evanescit. Ergo non nocet descendenti: utpote cum ex vulgata regula non præster impedimentum, quod de Jure non fortitur effectum, non præstat 33 *52. de R. I. in 6.* Kellenbenz in *pr. de Renuntiat.* 33 *Success. q. 1. n. 29. q. 30. n. 6. & q. 33. à num. 1. usque ad 11.* Hartm. Pistor. *d. p. 4. q. 7. per tot.* Fromann in *dissert. de exist. cond. pacti hered. renunt. regreß. reserv.* *ib.* 33. 34. 35. & 40. Stryck *cit.* *l. §. 76.* qui tamen in §. 77. sententiam oppositam Annæi Roberti & Muculli pronuntiat verioem, quando renuntiationis foeminarum vel statuto jubeatur, vel adjuvantur consuetudine.

An in dubio censetur esse inducta obligatio ad renuntiandum, quando filia Illustres unius provincie semper renuntiant hereditati debita? Non usque adeò competum est. Interim pro affirmativa stant Nicolaus Everhardus Junior. *Vol. 1. caus. 6. num. 12.* & Harpprecht de *Success. Academiæ.* *nr. 7. cap. 6. num. 280.* Rationem afferunt 34 quia verosimile non est, filias tam facile hereditatibus tam longò tempore uniformiter renuntiatas fuisse, si non scirent, vel vigore talis consuetudinis ad renuntiandum obligatas esse. Quò etiam faciunt, quæ habentur in Consilio Argentarot. quod est ultimum in nova Schilteri Edit. de *Renuntiat.* *pag. m. 388. & seq.*

§. III.

Quòdnam sit objectum Successionis Pactitiæ?

36 **O**bjectum Pactitiæ Successionis in casu renuntiationis est hæreditas debita. Ita statuitur unanimitate DDres, in hac materia celebres, Franciscus Hofmannus in *Consil. Bes.* 14. n. 146. & seq. Gallerarus de *Renuntiat.* 10. l. lib. 2. cap. 5. n. 1. & seq. Kellenbenz de *Renuntiat. Success.* q. 1. à n. 10. Joannes de Torre de *Pact. fut. Success.* lib. 2. cap. 1. n. 24. Fromann in *differt. de Exist. condit. pacti renuntiat. hered.* th. 4. & th. 40. Martinus Pegius in *cit. edit. Schilt. de Renuntiat. conf.* 9. 77. m. 245. Ratio petitur ex notissimo illo Philosophorum axioma, quòd privatio præsupponat habitum; sicque renuntiatio, cum privationem juris præhabiti inducat, jus aliquod prærequirit per *L. is qui 13. in pr. ff. de A. vel O. Hæred. l. si à 45. §. 1. ff. de Legat. 2.* Idque tantò fortius procedit, quando illa renuntiatio, ut plerumque fieri solet, est translativa, ac jus renuntiatum transfert v.g. in masculos, quorum favore interposita fuit: quod enim præhabebatur non erat, in alium transferri nequit, per *L. nemo plus 54. ff. de R. I. Rota Rom. apud Joannem de Torre in cit. rr. decis. 200. num. 3.* Sicut nec cedi, vel donari potest alteri, quod cedentis aut donantis nunquam fuit *arg. l. pro hæred. 20. §. 4. ff. de A. vel O. Hæred. Latè Harpprecht in tract. de Success. Monial. Nob. Renuntiat. in §. 34. Bottillier de 39 Renuntiat. Success. cap. 2. theor. 46. n. 54. Quin & si pacto renuntiatio hæreditatis addatur pactum aliud, regressus ad hæreditatem renuntiatam, in eventum cessaturæ stirpis masculinæ (uti hic supponimus) reservativum, adhuc evidentiùs erit, renuntiationem pro objecto agnoscere hæreditatem debitam: utpote cum hoc modò cedatur jus pro interim, & in futurum tempus reservetur; quod fieri non posset, si nullum jus suppeteret: utpote cum nec dari possit, nec reservari jus, quod danti vel reservanti non competit. Harpprecht *cit. §. 34.**

40 Equidem renuntiatio ut plurimum fieri consuevit intuitu hæreditatis futuræ, nec jam delatæ, sed primùm deferendæ, paternæ, maternæ, & fraternæ. At hæreditas futura nondum est renuntiantis, sicut nulla viventis est hæreditas. Adeoque etiam hæreditati indebitæ, respectu cujus renuntiantis jus aliquod haud competit, renuntiare posse videtur. Verum sciendum, & probè notandum est, quòd, si hæreditati futuræ, & necdum delatæ, fiat renuntiatio, semper hæc conditio subintelligitur: si fuerit delatæ, prout appositè & efficaciter ostendit Fromann. in *cit. dissert. de exist. condit. pacti. hered. renunt. th. 420.*

Et, si hæreditas renuntiantis postea fuerit delatæ, censetur retrò à tempore initæ renuntiationis delata jam fuisse, sicuti cæteræ conditiones, quando purificantur, retrò nunquam adjectæ vel sitam purificatæ præsumuntur per textum in *L. potior 11. §. 1. ff. Qui potior. in pignore &c.* Et, si hæreditas non 43 fuerit delatæ, non minùs renuntiatio pro nulla habetur, ac si nunquam fuisset interposita per *L. Titio 96. in pr. ff. de Cond. & demonstrat. Consentient Góddeus Vol. 1. conf. Marpurg. 27. num. 59. Gothofred. ad l. pactum 3. Cod. de Collat. l. K. v. pactum &c. Stryck *cit. dissert. 8. cap. 10. §. 76. Harpprecht de Success. Monial. Nob. renuntiat. th. 46. per 101.* In specie 44 autem quando filia renuntiat hæreditati paternæ & maternæ, renuntiat hæreditati debitæ: siquidem ad hæreditatem paternam & maternam perinde ac filius filia jus habet, tum in casu testamenti, tum in casu intestati: cum legitima liberorum, quæ debetur in Jure vocatur, ne quidem in testamento gravari, nedum auferri possit, nisi per ingratitudinem se fecerit indignam. Kellenbenz *cit. l. q. 5. n. 7. & seqq. Joannes de Torre cit. rr. de Pact. fut. Success. lib. 2. cap. 51. à n. 2.* Similiter 45 quando filia renuntiat hæreditati fraternæ, censetur renuntiatio hæreditatem debitam respicere, non quidem absolute, sed conditionatè, quando scilicet frater sine liberis ex hæc vita migraverit ab intestato, vel etiam (quod rarius est) in testamento personam turpem prætulerit. Harpprecht *d. §. 44. Fromann. de exist. cond. pacti. hered. renunt. th. 37.**

Neque reponas: ad fraternam hæreditatem 46 fratris aut sororis non tam jus, quam spem, eamque lat fallacem, competere: cum & frater testamentum, excluso fratre, vel sorore, valeat condere, & unus alteri præmori queat. Siquidem facultas, quæ 47 fratri vel sorori datur ad hæreditatem fratris, tamen spes vocetur, ea tamen non vana & vaga, sed determinata & radicata est in Jure & Lege, quæ defert fratribus & sororibus hæreditatem fratris in casum, quo sine liberis ab intestato decesserit; qualis spes, cum fallibilis quidem, sed tamen non planè de futuro, sed de præsentis jam competat, ac pretiò sit æstimabilis, non minùs quam alia spes radicata, & jura, quæ sub conditione dantur, in pactum, renuntiationem, translationem, & reservationem venire potest. Conferantur 48 textus momentosi in *L. nam hoc 11. ff. de Hæred. vel act. vend. l. si jactum 12. ff. de Act. empti l. nec emptio 8. in pr. §. 1. ff. de Contrab. empt. l. si filio familias 11. ff. Quib. ex caus. in possess. l. conditio 1. Cod. de Pact. l. spem futura 3. Cod. de Donat. Knippchildt de Fideicommiss. famul. cap. 8. n. 383.*

Qualitercunque tamen renuntiatio concipiatur, non latè sed strictè dicitur juris esse, nec ad hæreditatem vel bona incognita, de quibus probabilis aliqua ratio vel conjectura tempore renuntiationis non extat, extendi per *L. si de certis 31. Cod. de Transact. l. 11. et 2. Cod. de Judic. Neque enim ignorantis*

ant.

aut errantis ullus est consensus; neque actus agentium ultra ipsorum intentionem operantur, juxta vulgata. Gallerat. de *Renuntiat. lib. 4. c. 2. n. 42. & seqq. Joannes de Torre de Pact. fut. Success. lib. 2. cap. 40. n. 35. Martin. Pegius in nova Schilt. edit. de Renuntiat. conf. 9. pag. m. 244. Hieronym. Rocca in select. disp. 10. l. 1. cap. 55. n. 65.*

50 Si scruteris: an fideicommissum comprehendatur in generali hæreditatis renuntiatione?

Resp. negativè. Ratio est: tum quia, si fideicommissum pro familia sit conditum, foemina defertur primùm in casum, quò familia fuerit emortua, atque adeò, si probabilis conjectura hujus eventus tempore renuntiationis non apparuerit, non censetur esse tunc cognitum: tum quia fideicommissum propriè loquendò non continetur in hæreditate paternâ, maternâ, vel fraterna: utpote cum debeat ex dispositione primi fideicommissentis, ac originaliter ex bonis illius provenientis. S. Rota Rom. in *Recent. r. p. 9. decis. 362. Kellenbenz de Renuntiat. Success. q. 30. per 101. Peregrin. de Fideicommiss. art. 52. num. 52. Knippchildt de Fideicommiss. cap. 11. à num. 399. Gallerat. de Renunt. lib. 4. cap. 2. n. 38. vers. non trahitur &c. de Torre d. lib. 2. cap. 40. num. 8. & seqq. Fromann. de exist. cond. pacti. hered. renunt. th. 39. Giphani. in rr. de Renuntiat. cap. 6. n. 51. & seqq. in nova Schilt. edit.*

§. IV.

Quâ forma & modò Renuntiatio cum reservatione Successionis fiat?

52 **F**orma & modus renuntiationis & Successionis Pactitiæ, præter consensum renuntiantium, desiderat etiam ex communi sententia juramentum pro forma, adeò ut renuntiatio sine juramento nullatenus subsistat. *arg. cap. ult. de Pact. in 6. Stryck de Success. ab int. diff. 8. cap. 10. §. 18. & seqq. Quod tamen cum eodem Authore in §. 54. nullatenus intelligi velim de renuntiatione hæreditatis jam delatæ: hæc enim non minùs renuntiationem, quam repudiationem, standò etiam in Jure Civili, recipit *L. recusari 9. §. 1. de A. vel O. H.* Rursum ex eadem ratione juramentum haud desidero, quando per consuetudinem vel statutum est introducta renuntiantis obligatio: eò quòd renuntiatio tunc valeat ex se; quin etiam, juxta multos, filiz, ad renuntiantium oblitatæ, pro renuntiantis habeantur. Stryck *d. l. §. 23.**

55 Præterea requiritur, ut constituatur legitima, vel, in locum legitimæ determinetur dos, non quidem quòd essentiale sit renuntiationi quâ tali, legitimam vel dotem assignari, sed accidens aliquod ordinarium & commune, quò neglectò, valet renuntiatio; at tamen, nisi consuetudine sit aliter receptum, remanet facultas petendi legitimam vel dotem per

*d. cap. ult. de Pact. in 6. Covarruv. ad idem cap. p. 3. §. 2. num. 6. Fachin. lib. 3. contr. 24. Kellenbenz de Renunt. q. 42. num. 13. & 27. Stryck *cit. l. §. 24.* Interim plerumque 56 nec tota legitima constituitur (quippe cum alioqui non opus esset renuntiatione) nec tota dos, sed pro modo status & conditionis. Knippchildt de Fideicommiss. cap. 6. à n. 200. Klock *rom. q. conf. 123. n. 39. Stryck d. l. §. 27. & seqq. Quotiescunque verò pro legitima, 57 vel, locò legitimæ, pro dote filibus renuntiantibus tantum tribuitur, quantum de consuetudine solet tribui, non possunt conquiri, vel se læsas aut gravatas prætere, juxta ea, quæ statuuntur in *Consil. 1. post tract. Dalneri de Renuntiat. in nova Schilt. edit. à pag. 566.***

Denique requiritur illorum præsentia, qui 58 bus & in quorum gratiam fit renuntiatio; quod equidem necessarium haud esse, non obscure statuit Stryck *cit. l. §. 39.* quamquam postea seipsum explicet, ut sufficere credat, si consentiant, aut renuntiationem, in absentia factam, postea ratam habeant. Minùs autem requiri videtur insinuatò: cum talis renuntiatio propriè & strictè dicta renuntiatio non sit; nec hæreditas renuntiatia sit in bonis nostris. Stryck *d. l. §. 38.*

§. V.

Quis effectus sit Renuntiationis explicatæ?

59 **R**enuntiationis effectus est, quòd, si præcesserit cum reservatione regressus, suspendat jus hæreditarium usque ad eventum conditionis, seu totalem extinctionem familie vel lineæ, cujus gratia renuntiatio fuit peracta; germanicè *bis auf den ledigen Anfall.* Quòd si conditio, sub qua renuntiatum, eveniat, ac familia vel linea masculina penitus exspiret, reviviscit, & restituitur jus hæreditarium ad illam & tantam portionem, quæ & quanta per renuntiationem fuit,

adempta. Adeoque si pater fecerit testamentum, in quo filiam instituit hæredem in parte legitimæ vel dote, atque ad renuntiantem, usque dum mascula stirpis defloruerit, obligaverit, filia renuntiatia ejusve hæres post masculorum extinctionem ad supplementum legitimæ admittuntur. Si verò pater ab intestato decesserit, filia renuntians aut ejus hæres portionem virilem consequuntur. Sic repetitum consulit no-61

stra Facultas, cui non solum adimplantur P p p p p 3 Do.

Doctores præcellentes, Covarrav. cit. l. p. 3. §. 2. num. 4. & seqq. Kellenbenz de Renuntiat. 9. 25. num. 7. Gothofred. ad l. partum 3. Cod. de Collat. lit. 6. Harpprecht in tr. de Success. Monial. Remus. §. 44. Fromann in differt. de exis. condit. p. 11. hered. th. 65. Stryck 62 cit. sr. diff. 8. cap. 10. §. 142. Sed etiam succurrit ratio, in lumine naturæ fundata: quia jus suspensum eatenus, cassatâ renuntiatione, restituitur, quatenus erat suspensum. Sed jus hæreditarium solummodò fuit suspensum quoad portionem debitam, qualis, supposito testamento, est plena legitima, & ab intestato portio virilis. Ergo in casu testamenti, cassatâ renuntiatione, redintegratur plenitudo legitimæ, seu suppletur, quod legitimæ decrat, & ab intestato virilis portio presuitur. Certè si filia, quæ instituta in parte legitimæ, reliquæ hæreditati renuntiavit, resolutâ renuntiatione deberet ad totam hæreditatem admitti, sequeretur res absurdissima, quòd renuntiationis cessatio plus restituar, quàm ejus duratio abstrulerat: nam, suppositâ institutione in legitimâ, filia, non renuntiata, præter illius supplementum ex

paterna hæreditate nihil prætereare valet: ergo, si interpolatâ, sed propter defectum conditionis postmodum interceptâ renuntiatione, succederet in tota hæreditate, plus acquireret post renuntiationem, quàm ante habuerit; quod nescio, an quis, rerum absurdarum inimicus, admiserit.

Equidem non inficior, celeberrimos quosdam Germaniæ Jurisperitos magno conamine pro dogmate adverso, quòd nempe regressus, etiam in casu testamenti, ad totam hæreditatem aperiatur, pugnas: sed reverâ fundamentum, modò positum, omnia, quæ obstatè possunt, removere videtur.

Hæcque de nobili Renuntiationis, Successionis Pactitiæ, totiusque Successionis Hæreditariæ materia sufficere debent. Aspiremus interim ad *Hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, immarcescibilem, conservatam in cælis* 1. Petri v. 4. & ne ratione laboris impenni falcidiam patiamur, respiciamus ad Causam Piam, omnes apices Bonorum omnium Largitori consecrantes, demississimo cum

voto:

Ut in omnibus glorificetur
DEUS.



IN-

INDEX RERUM ET VERBORUM.

Numerus primus indicat paginam; secundus indigitat notam marginalem.

A.

Abbas.

Quando Abbas nomine Monasterii actiones intentare & excipere valet? Vid. Prælati.

Abbatissa.

Abbatissæ habent administrationem bonorum, ad sua Monasteria pertinentium. 424. 34. Possunt etiam eorum nomine subire judicia. 22. 155.

Possunt Moniales ad professionem recipere? 338. 201. & seqq.

An Abbatissæ jus instituendi in beneficiis ex privilegio possint habere? 393. 112. & seqq.

Absens.

Quando procedatur contra delinquentes absentes? 56. 164. & seqq.

Quando contra absentes ex contumacia procedatur? Vid. Contumax.

Absentia quatuorplex sit? 533. 167. & seqq. Qualiter absentibus in casu usucapionis competat restitutio & actio rescissoria? 532. 162. & seqq.

Acceptatio.

Utrum requiratur acceptatio ad acquirendum jus proprietatis? Vid. Proprietas.

Acceptilatio.

Acceptilatio est modus obligationem solvendi. 750. 171. De Jure Romano requirit stipulationem. 173. Jure hodierno per simplex pactum liberatorium perficitur. 180.

Alia est simplex; ib. 181. Alia Aquiliana, quæ non amplius viget. 182.

Accessio.

Accessio naturalis, tanquam modus acquirendi, explanatur. 500. 99. Per eam res aliena accedit nostræ. 100. Citra hominis industriam aut factum. 101. & seqq.

Accedit autem vel modò continuò per alluvionem, seu incrementum latens. ib. 104. Per accretionem, seu incrementum patens. 105. Per insulæ productionem. 106. & seqq. Per alvei derelictionem. 108. Vel modò discretò per faturam animalium. 109. Et perceptionem fructuum. 110.

Accessio artificialis, tanquam modus acquirendi, exponitur. ib. 113. Quandoque desiderat operationem naturæ cum industria humana, velut in implantatione & satione. 114. Interdum solum industriam humanam exigit; velut in specificatione. 115. & seqq. Adjunctione. 501. 123. & seqq. Confusione. 127. & seqq. Commixtione. 129. & seqq. Inedificatione. 131. & seqq. Scriptura. 133. & seqq.

Accrescendi jus.

Accrescendi jus locum in legato obtinet, quando plures ex voluntate testatoris conjunctim ad eandem rem vocatur. 777. 262. Tamest conjunctio verbalis tantum fuerit. 263. Discrimen tamen inter hanc & realem intercedit. 264. Utrū & discrimen est inter usumfructum & proprietatem legatam. 265.

Accrescendi jus in hæreditate fundatur in necessitate, quòd nemo partim testatus partim intestatus decedere valet. 811. 42. Et hinc, si causa profana instituat cum pia in eodem testamento, hæc esse hæres est. 41. Utrum in venditorem transeat jus accrescendi? 637. 67. & seqq.

Accretio.

Vid. Accessio.

Acta judicialia.

Inter quos teneant acta judicialia? 99. 5. & seqq. item 271. 94. & seqq.

Acta in uno etiam probant in alio judicio. 99. 12. & seqq. Etiam acta in judicio civili tenent suò modò in criminali. ib. 16. & seqq. Non tamen acta in judicio summario regulariter valent in ordinario. 100. 19. & seqq. An & quatenus acta coram Judice incompetenti & incapaci valeant? Vid. Judex.

Quibus de causis actus judicialibus valor adimatur? 103. 57. & seqq.

Res, ab instantia absolutò, acta præcedentia valorem non amittunt. ib. 60. & seqq.

Actor. Agere. Actio.

Actor quinam dicatur? 19. 110. & seqq.

Actor debet habere legitimam personam standi in judicio. ib. 116.

Quinam agere valeant, & quinam excludantur? ib.

IN